

suos indagatores veteris mediique ævi fines Germaniæ & plures & eximios, quinam vero nostra ætate sint dicti modo Regni termini? in genere quidem tradidere & Geographorum & Scriptorum aliorum tantum non innumeri, ad specialissima vero, quod nos sciamus, non descendunt, sufficere existimantes, dixisse, Germaniam hodie fines habere Orientem versus Poloniam atque Hungariam, ver-

fus

und distincte zu bezeichnen ist ein Werk, das man den Geographis gerne überlässet und darum man sich im Iure publico so eigentlich zu erkundigen keine Ursach hat. Quasi vero! unde ergo Geographus sua hauriet? ICTi sane opus est, qui tum ex Pactis, tum ex aliis Actis publicis &c. Geographum instruat, quænam Terræ Germaniæ accensendæ sint? quænam vicinis Regnis? quænam denique sui Iuris sint? præsertim, ubi non omnia clara sunt. Sane ex eo, quod ICTi hanc materiam negligenter, ortum traxere tot & tanti Geographorum (qui non habebant, ubi pedem tuto figerent,) errores circa designandos Germaniæ fines. Denique si Geographorum hic labor est, cui itaque bono integrum Caput de Territorio Germanico Iuri suo publico Autor inseruit? Nos vicissim Historici, non ICTi, opus esse censemus, tam diffuse antiquos scrutari fines, ac ab eo factum, ICTi autem recentissima perquirere. Equidem mutata pro parte sententia, *ibid. not. b. p. 32.* porro inquit: Es hat allezeit die consideratio Finium & Politica & Iuridica die nächste Absicht auf jeden Deutschen Gränz-Staat, und ist ein Theil dessen Iuris publici particularis. Dannenhero auch dieserwegen in unserm gemeinen Iure publico die gar zu genaue Erörterung der einzelnen und distinctern Gränzen unerforderlich, ja fast unerheblich ist. Wolte ein Gränz-Staat ganze Theile seines Landes an einen fremden Potentaten abtreten, und damit die Gränzen verkümmern, das würde das Reich mit allem Rechts-Bestand ahnden oder wiederum nähme der Fremde eine Gränz-Province oder deren Theil mit Gewalt, deren sich der Staat nicht entwehren könnte, ab; da müste des Reichs Recht aufwachen, und sich geschäftig zeigen. Sed & hæc male cohærent. Plurimum utique interest Imperii nostri universi, nosse Membra sua singula, Status singulos, suos fines atque limites, quis ad onera Imperii concurrere debeat? quinam eius atque supremorum nomine Imperii ius dicentium Collegiorum Iurisdictioni subsint? &c. Imo nec in duobus casibus ab Autore propositis certi quid potest statui, nisi prius scias, quousque se protendant fines Germaniæ? Ecce Specimen miseræ adhuc in nonnullis conditionis Iuris-nostri publici prudentiæ! Curiosa evehimus, commendamus, vndique conquirimus, necessaria spernimus, aliis (si Diis placet,) occupanda relinquimus, spartamque, quam ornare debeamus ipsi, demandamus aliis!